Item alium modum exponitur de populo sancto. vnde tertium & alium modum in vnum exponatur sic ps. 43. Nunc. Tu vero repulisti (nempe istam synagogam carnalem patrum ut ps. 43. Nunc autem repulisti & confudisti nos.) & despexisti. distulisti christum tuum) idest Et non egredieris deus in virtutibus nostris. Hic enim destruit eciam: quia nec ei nec suis sicut ante auxiliatur. Sicut non egredieris in virtutibus eorum. Avertisti testamentum servi tui (i. pactum eius seruum. Avertisti (scilicet a populo maiore parte per incredulitatem illorum & a nobis quod non acceptum in persecucionibus. Hec enim eisdem verbis destruit & lamentatur. totius populi destruccionem quia vna pars (scilicet reliquie) quod sit [illegible] & terra tua destruxisti. repulsi etc. Altera autem (scilicet Reproba) scissam & ruinas. Vnde hec tenet utroque modo. prophanasti in terra sanctuarium eius (scilicet Iudeorum templum in pollucionem tradidit romanis. Et Iudeorum corpora in manus prophanorum. Vnde ps. 43. Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros

Destruxisti omnes sepes eius. posuisti firmamentum eius formidinem. Diripiebant eum etc. ps. 43. Et qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tamquam oves escarum. & in gentibus dispersisti nos. & cum hec de sanctis intelligenda sunt ergo nos Apostolus Ro. 8. allegans ps. 43. quia in hiis [illegible] conformis est. Factus est opprobrium vicinis suis. Et ibi posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannacionem & derisum hiis qui in circuitu nostro sunt. hec omnia per martyrum completa sunt. Et in Iudeis usque hodie durat.

Exaltasti dexteram deprimencium eum. Letificasti omnes inimicos eius. quod factum est in populo sancto a persecutoribus. Avertisti adiutorium gladii & cetera usque ex dictis & glosa facile patet.

Et Racio omnium est. Quia sicut non fuit solum templum corporis christi ut suscitaretur nouum ita & misterium eius templum scilicet synagogam solui oportuit. ut suscitaretur nouum quod est [illegible] Et idem de reliquiis tamen ipsorum multi illorum. (quia in reliquiis in reconciliacionem scilicet destruccio uastitatis dissolucionis etc. Sed enim in Iudeis remanserunt [illegible] ipsorum plurimi. Sic & in [illegible] fit, quod destruitur & dissoluitur opus diaboli. homo scilicet carnalis. ut edificetur opus dei & homo spiritualis. Et hec fit in benignitate per omnes tres dissoluciones, Sed in seueritate fit illis qui relinquuntur ad dissolui. Immo iste tres dissoluciones repulsiones prophanatur sunt totam velut vnam tantum. Et in christi dissolucione pendent. Quare sicut iste totaliter est dissolutus & prophanatus in corpore suo: ita totaliter synagoga dissoluitur & prophanatur. Sic totum corpus. Vnde totum genus humanum (si vellet obedire) dissolueret secundum carnem & totaliter prophanaret atque repararet. hoc est granum frumenti quod in terram cadit & mortuum fuit. & sic non solum mansit sed fructum plurimum attulit. (i. Christus synagogam & totum genus humanum

[illegible]